

fore, mihi persuasi. Deinde Vobis, à quibus sum-
ma cum benevolentia & ea spe proposita, qua &
homini non avaro & vitæ necessitati & studio ù
commoditati sufficere videretur, sum vocatus, de-
ditum vicissim animum obsignare æquum fuit.
Ad hæc, quicquid inter istius muneris curas fru-
ctuosum à meie exiguitate ingenii proficisceretur,
id V. M^{is}, à quib⁹ hæc mihi docendi aperta est ja-
nuæ, imputadū & adscribēdū judicavi. Postremò
(nā prætermitto reliquas) quādoquidē Deus me in
exoptatissima patria sub vestræ gubernationis ac
protectionis umbraculo eum locū, cujus me per
vitam nec puderet nec tæderet, nancisci clemēter
voluit; me meaq; studia in vestrum, tanquā Patrū
Patriæ, sinum, amplexū, tutelam atq; patrociniū
collocare atq; committere hac tabula statui & de-
crevi. Quapropter, sicut à me, quicquid hujus est,
simplici atq; infucato sit animo; ita meū hunc la-
borē benignè ac paternè excipiatis, meque vestro
favore ac cura porrò complectamini, M. V. etiam
atq; etiā rogo. Deum a. optimum maximum, submissè vene-
nor, ut V. M. statumque hujus Civitatis porrò conservet & tueatur,
omnibusque, qui in ea sunt, suo adspiret numine, ut, quemadmo-
dum Majores nostri eam **HOSPITIUM ECCLESIAE** ipsius conservari
voverunt, ita conservatam Ecclesiae esse hospitium quā oportu-
nissimum, velint, procurent, gaudeant. E museo meo d. 14. April.
anni à nato, qui factus est nobis sapientia, 1636.

M. & A. V.

addictissimus

JOHANNES COCH.